



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117832**

§.19. Concilia in Galæcia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](#)

Sæculum VI. reddere non posset, Regis Præsidium im.  
A. C. 566. ploravit.

§. XIX.

*Concilia in Galæcia.*

In Hispania S. Martinus Dumiensis ele-  
ctus Episcopus Braccarensis Concilium  
ex duabus Provinciis Galæciæ id est Brac-  
carensi,

eigene Siege zu besiegen. Der für den Herrn  
Professor rühmliche Schluß lautet also:

C'est à toi , le Cygne Saxon,  
d' arracher ce Talent à la Nature avare:  
d' adoucir par tes Soins d' une Langue bar-  
bare

la dure âpreté de ses Sons.

Ajoute par les Chants, que ta Muse prépare,  
aux Lauriers des Vainqueurs , dont le Germain  
se pare,

les plus beaux Lauriers d' Apollon.

Dieses ist zu Königsberg von jemand verdeutschet  
worden wie folget:

Nun magst du Schwan der Sachsen dich be-  
fleissen,

Der geizigen Natur die Gabe zu entreißen:  
Dass eine Sprach, die rauh und widrig droht,  
Durch dein Bemühen sanfter tönt.

Durch Lieder, die schon deine Muse stimmt,  
Lass, wenn der Deutsche Lorber nimmt,  
Die seinem Sieg zur Krone dienen,  
Auch noch im schönsten Flor Apollens Lorber  
grünen.

carenſi, & Auguſto-Lucensi (†) æra 610. Sæculum VI.  
anno ſecundo Regis Mironis ſeu Aria- A.C. 572.  
miri, qui Theodemiri filius fuiffe credi- † Lugo.  
tur, id est anno 572. prima die Mensis Junii celebravit. Conventus in Eccle- tom. 5. Conc.  
ſia Metropolitana Braccareni indiſtus. p. 894.  
Adfuere ex qualibet Provincia ſex, ſci-  
licet duodecim Epifcopi. S. Martinus Sup. n. 5.  
ea legi jufſit, quæ in primo Concilio ſta-  
tuta fuerant, dicens, ſe cum iphis illi Sy-  
nodo interfuiffe; tum monuit, ea nunc  
perficienda, quæ tunc ad finem perduci  
non potuerunt, & ſubjunxit: *Per IESU  
Christi Gratiam nulla circa Fidem in  
bac Provincia eſt diſceptatio, id ſolum  
ſupereret, ut Disciplinam ſecundum Scri-  
pturam, & Canones ſtabiliamus.* Itaque  
S. Petri Praecepta legamus. Lectum eſt I. Petr. 5.  
initium Epistolæ primæ, ubi Paſtorum 1. 2. 3. 4.  
officia memorat, quæ Epifcopi ſe obſer-  
vatueros promiferunt. Deinde decem  
Canones conditi.

In primo præcipitur, ut Epifcopi, cum  
Ecclesiæ visitant, imprimis Clericos ad  
examen vocent, ut ſcient, quomodo Ba-  
ptiſmum conferant, quomodo Miſſam,  
& alia Ecclesiæ officia celebrent. Ante Sup. XXX.  
omnia Clericis præcipiant, ut Catechu- n. 39.  
menos ad Exorcifmum viginti antequam  
baptiſtentur diebus, id eſt, Dominica IV.  
Quadragiſmæ convocent, eosque illo  
tempore Fidei Symbolum diligenter edo-

D 5 ceant.

Sæculum VI. ceant. Episcopus Clericis examinatis  
A. C. 572. alia die populum congregabit, docebit.  
 que fugere Idololatriam, Parricidium,  
 Adulterium, Perjurium, falsum testimoniū, & alia peccata mortalia. Hortabitur, ut Resurrectionem credant, & futurum Judicii Diem. Tunc ad aliam transibit Ecclesiam. Episcopus visitans nihil aliud accipiat, quam illud, quod vocant Jus Cathedricum, id est, duos solidos, non vero tertiam Oblationum partem, quæ ad alendas lucernas & farta tecta relinquenda est. Clericos in Parochiis ministrantes ad opera servilia non adhibeat.

- c. 7. Omne genus Simoniz prohibetur. Presbyteris, quod ultro pro Baptismo oblatum fuerit, accipere liceat, sed nihil exigant, ne pauperes absterreantur, & Baptismum filiorum suorum differant.
- c. 4. Episcopi non amplius exigant tertiam solidi partem, quæ pro Sacro Chrismate peti solebat ea de causa, quod aliquid Balsami esset immixtum. Nihil etiam accipient pro Ordinatione Clericorum; nec eos prius ordinent, quam sollicite examinaverint, & auditio plurium testimonio.
- c. 5. Pro Consecratione Ecclesiarum a Fundatoribus nihil exigant, sed invigilent, ut Ecclesiis Dos competens & quidem publicis Tabulis assignetur. Si quis velit Ecclesiam fundare ea conditione, ut oblationes
- c. 6.

tiones deinde cum Clericis partiatur, Sæculum VI.  
nullus Episcoporum eam consecret, quod A.C. 572.  
talis fundator credi debeat, magis lucel-  
li spe, quam Devotione impelli. Sub  
finem Concilii Metropolita Episcopis  
Diem Paschatis denunciet, quam dein-  
de singuli Episcopi in Die Nativitatis Do-  
mini post lectum Evangelium Populo in-  
dicabunt.

Quadragesimam auspicabuntur pu-  
blicis trium dierum precibus ad Eccle-  
sias Sanctorum procedentes, die tertia  
Missa hora tertia vel quarta pomeridiana  
celebrabitur, & moneantur Fideles,  
ut Jejunium observent, & in medio Qua-  
dragesimæ adducant parvulos, qui bapti-  
zandi sunt, prius Exorcismis mundandos.  
Presbyteri non nisi jejuni consecrent,  
nulla dispensandi causa, nec prætextus  
Missam pro mortuis celebrandi valeat.

Eodem anno 572. Episcopi Provin- Conſt. ap.  
ciæ Lucensis in Synodum coierunt, at Ambr. Mor.  
que Rex Dicecesium Divisionem tunc XI. Chr. c. 62  
secundo definitam confirmavit. Nitigius  
Episcopus Lucensis huic Synodo præfuit,  
in qua etiam Sacræ Sedis Legati præ-  
sentes erant. Hic idem est Nitigius, cui To. 5. Conc.  
S. Martinus Braccarensis suam Collectio- p. 903. App.  
nem Canonum inscrisit. In Præfatio- To. I. Bibl.  
ne adnotat, hos Canones primo Græce  
scriptos tam ipsarum versionum vitiis  
quam ignorantia aut oscitantia illorum,  
qui

Sæculum VI. qui descriperant, fuisse corruptos, hinc  
A. C. 572. nulli labori se pepercisse, ut emendato-  
res redderet. Hæc Collectio dividitur  
in duas Partes. In prima de Clericis,  
& in altera de Laicis tractatur, atque o-  
pus totum octoginta quatuor Canones  
complectitur. Cujuslibet Canonis fons,  
unde excerptus sit, indicatur, nempe ex  
Conciliis in antiquo Ecclesiæ Universa-  
lis Codice contentis, & ex Conciliis  
Hispaniæ ad illud usque tempus cele-  
*Greg. Tur.* bratis. Hæc Collectio S. Martini Brac-  
*V. Hist. c. 37.* carensis posteriore tempore valde cele-  
bris evasit. Ipse anno circiter 580.  
quievit.

## §. XX.

*Longobardi in Italia.**Lib. Pont.*

**J**oannes III. Papa anno 572. obiit, & ad  
S. Petrum 13. Jul. sepultus est, postquam  
Sacram Sedem annos prope tredecim  
obtinuisset. Duabus Ordinationibus  
Mense Decembri Presbyteros triginta  
octo, Diaconos tredecim, Episcopos se-  
xaginta & unum creavit. Joanne S. Pe-  
tri Cathedram occupante Longobardi  
Alboino Rege ipsorum Duce in Italiam  
penetrarunt. Hi populi, origine Ger-  
mani per annos quadringentos in Pan-  
nonia versati, inde Indictione prima, Die  
Festum Paschatis sequente, nempe secun-  
da Aprilis anno 568. migrantes, Italiam  
per